dine habundancius solito superfusus. ac celesti
lestium desideriorum ardenciori flamma succensus
supernarum cepit inmissionum cumulaciora dona sen
tire. Ferebatur quidem in altum. non ut curiosus
maiestatis perscrutator opprimendus a gloria.
sed tanquam servus fidelis et prudens investigans
beneplacitum dei. cui se conformare omnimode sum
mo preoptabat ardore. Inmissum est igitur men
ti eius per divinum oraculum. quod in apercione libri
ewangelici revelaretur ei a Christo. quid in ipso deo
et de ipso maxime foret acceptum. Oracione ita
que cum multa devocione premissa. sacrum ewan
geliorum librum de altari sumptum in sancte trinita
tis nomine aperiri fecit per socium. virum utique deo
devotum et sanctum. Sane cum in trina libri apercione
domini passio semper occurreret intellexit. vir deo
plenus. quod sicut Christum fuerat imitatus in acti
bus vite. sic conformis ei esse deberet in afflicti
onibus et doloribus passionis. antequam ex hoc
mundo transiret. Et licet propter multam auste
ritatem vite preterite crucisque dominice baiula
cionem continuam imbecillis esset iam corpore. nequa